



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Confessio II. quoad materiam & formam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

*in quadragesima. VI. Quod licet confiteri venialia. cap. 2. num. 10. No. num. 11.*

## CONFESSIO II.

*Quoad Materiam &**Formam.*

**F**ORMA absolutionis essentialiter consistit in illis verbis *te absoluo*; reliqua vero, quae antecedunt & subsequuntur, sunt de congruitate, cap. 36. num. 11.

Non sufficit confiteri peccatum mortale interiùs; sed exteriùs, etiam confitendum est. Præl. 7. num. 23. Nouo 19.

Qui confitetur peccatum exteriùs, consequenter confitetur interiùs, & non è contra. ibid. num. 24. Nouo num. 20.

Sufficit manifestare statum, etiam non confitendo numerum, sicut, in meretrice. cap. 6. num. 15.

Non sufficit confiteri peccata capitalia in genere, sed requiritur in specie, ita ut cognoscatur, an sit mortale, vel veniale. Præl. 9. num. 1. & 3. & cap. 2. num. 5. Nouo Præl. 9. num. 2. cap. 2. num. 8.

Sufficit confiteri se quæsiisse laudem de peccatis mortalibus, licet non specificet illa.

Præl.

Præudio. capit. 9. num. 4.

Qui per annum omisit recitare horas Canonicas, sufficit confiteri se anno integro illas omisisse. cap. 6. num. 15.

Non est confitendum peccatum, quoniam ex eius confessione imminet sibi, vel confessario, probabile damnum animæ, corporis, vel famæ. cap. 7. num. 3. & 4. Nouo num. 3. 6.

Quod saltem verum est, si scandalū proueniat ex ignorantia, yel infirmitate, non autem si ex malitia. ibid. num. 4.

Peccatum semel in vita confessum, non est necessariò confitendum, neque ad id potest Ecclesia obligare sine pœnitentis consensu. cap. 9. num. 1. & cap. 23. n. 38. quando pœnitens qui ab inferiori absoluitur à reseruatis, teneatur iterum confiteri superiori. vide in tit. absolutio 2. lit. B.

Si quis recordatur se mortaliter peccasse, non tamen in qua specie, debet confiteri in genere; se mortaliter peccasse. cap. 10. nu. 7.

Quando pœnitens non est certus omnino F  
vtrum consenserit in mortale, vel veniale; vel, vtrum peccatum, quod commisit, sit mortale an veniale, debet sub conditione confiteri, & tamquam de mortali dolere de illo. ibidem.

Qui oblitus est circumstantiam necessa-  
riò

130 CONFESSIO III.

riò confitendam, non tenetur postea iterum confiteri peccatum, sed sufficit illam confiteri. Præl. 9. num. 4.

Quæ circumstantiæ sint confitendæ, vel non. vide tit. Circumstantia.

CONFESSIO III.

*Quo ad modum.*

A **P**ECCAT mort. qui confitetur ob finem mortaliter malum; si tamen fuerit venialiter malus, peccabit venialiter. c. 2 i. n. 40.

B Ut aliquis dicatur confiteri principaliter, ne infametur in populo, vel propter metum apparitoris seu Merini, non satis est, quod alias non confiteretur: sed requiritur, ut id æquè vel pluris faciat quàm confessionem. Ibidem.

C Non peccat mort. qui ne bonam estimationem amittat, confitetur vni Confessario omnia peccata etiam grauissima, & alteri postea solum leuiora. Ibidem.

CONFESSIO IV.

*Quo ad iterationem.*

A **N**VLLA lex diuina nec canonica obligat iterum confiteri peccatum semel rite confessum. Imò nec lex humana ad id obligare potest